

Fiderius:
De more
centuria
conclusionum
cum theorica
rum liniarum
practicarum.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-155661-p0002-7

DFG

37
18 DE MORA
CENTVRIA CONCLV-
SIONVM CVM THEORI-
CARVM TVM PRACTICA-
RVM, COLLECTA AC
METHODICE DIGESTA

Per
IOHANNEM FRIDERICVM
LIGNICENSEM
I. V. D.



He
446

LYGNICII TYPIS SARTORIANIS.

Anno CID ID. XCIII.

KONFERENZ
UNIVERS.
ZVHALLE

ET ANTIQVI GENERIS SPLENDORE, ET
EXCELLENTI IURIS SCIENTIA
VERE

NOBILISSIMO VIRO

DN. IONAE à SCHINDEL IN
SASTERHAVSEN ET RABEN,
DOCTORVM MOECENATI
SINGVLARI, ET LVMINI
TOTIVS PATRIAЕ FVL-
GENTISSIMO,

DOMINO AC PATRONO
SVO OFFICIOSE SEM-
PER COLENDΟ,

LABOREM ET ГΥΜНАΣΜΑ HOC SVVM
QVALECVNQVE

STVDII AC OBSERVANTIAE SVAE
DECLARANDAE GRATIA

OFFERT AC CONSECRAT

I OHANNES FRIDERICVS
I. V. D.



DEMORA.
METHODICÆ CONCLV-
SIONE S.

1. MORA est placiti & frustratio b.
- a. Cadit enim mora propriè duntaxat in pollicitationes. l. 1. de pollicitat. in pr. & conventiones, quas generali voce (placiti) simul complector, non etiam in delicta. Nec obstat. l. ult. C. de conduct. ob turpecaus. l. pen. de vi & vi arm. l. in re. 8. H. 1. & l. ult. de conduct. furt. Impropiè enim saltem in his textibus mora in delictis committi dicitur, prout patet ex eo, quod in d. l. 8. H. 1. & d. l. ult. sur non simpliciter moram facere, sed moram facere videri dicitur. Verbum quippe videri fictionem significat. l. 1. H. finali. ad Turpill. Bartol. in l. si duo. 38. n. 1. de acq. hæred. & in l. 3. H. idem scribit. de peculatio autem improppietatem. Iacob Menoch. de præsumt. lib. 1. quest. 8. n. 26. per l. lege Cornelia. & ibi Bald. de testam. l. Gallus. H. videndum. de liber. & postl. Ias. in l. si is qui pro emtore. n. 170. de usu cap. Et facit, quod debitor ex delicto plus est quam frustator. d. l. penult. de vi & vi arm.
- b. text. in l. hominem. 37. mand. l. 3. H. fin. de usur. l. 5. H. cessatum ut in possess. legat. Id autem est frustrari aliquem, cum in eo, quod à te expectet, quodq; illi, cum opus est, præstare debeas, illum fallis ac destituis, facisq; ut frustra sit quod expectat, ut explicat Donellus.
2. Hæc, nisi probetur, in dubio nunquam præsumitur.
- Mascard. in tract. de probat. vol. 2. conclus. 1070. n. 3. arg. l. in bello. H. captæ. de capt. & postl. revers. & l. quæcunq; de Public. cum ibi notat. quod scilicet facta non præsumantur. In specie autem quod allegans moram probare eam debeat, voluit Purpurat. in l. vinum. n. 7. si cert. petat.
3. Species eius duæ sunt: est enim vel debitoris vel creditoris.

A 2

MORA



4. MORA DEBITORIS est, quæ sit à debitore debiti, cuius dies cum effectu jam venit, solutionem differendo.

5. Vbi ergo nulla petitio est, ibi quoq; nec moram ullam fieri potest intelligi.

l. si pupillus. 127. de verb. obligat. l nulla. 89. de reg. jur.

6. Et qui exceptione aliqua tueri se potest, in mora esse dici nequit.

c. non est. 68. de reg. jur. in 6. l. lecta 40. si cert. pet. l. sciendum. 22. de usur. l. si fidei commissum. sc. de judic. l. cum res. 47. de legat. l. & l. non solum. 8. q. illud. de liberat. leg.

7. Mora debitoris duplex est, regularis & irregularis.

Ias. in l. quod te. n. 33. si cert. pet. Molin. in tract. de usur. quest. 40. & Od. paßim. Bartol. in l. mora. 32. de usur. moram aliam facit communem, aliam specialem, eodem sensu.

De mora de debitoris regu- 8. Mora debitoris regularis, aliâs mora ex persona bitoris regu- dicta, a est, quæ facta interpellatione, & post hanc lari. modico ad solutionem parandam elapso tempore committitur.

a. d. l. mora. 32. de usur.

9. Regulariter enim in mora debitor non constituitur, nisi interpellatus solvere distulerit.

d. l. si mora. l. si penum. 24. ibi, si interpellatus fundum non dede- rit. quan. dies legat. l. fidejussor obligari. 17. q. fin. ibi, cum interpellatus non soluisset. de fidejuss. l. si, ex legati causa. 23. ibi si interpellatus non dedisti, & ibi Ias. notat n. 5. de V. O. Bartol. com- muniter approbatus in l. ita stipulatus. n. 53. eod. Mascard. de pro- bat. vol. 2. conclus. 1070. n. 8. Baptista à Villalob. inter communes opiniones in litera l. n. 90.

10. Neg

10. Neq; tamen statim, atq; interpellatio facta est, tanquam morosus tenetur, sed post eam modicum adhuc tempus, quo dare facere ve quod debet possit, datur, & arbitrio iudicis moderandum, & qui quidem, ut confessum etiam quid fiat, cum confessum fieri posse est, recte arbitrabitur.

- a. l. 5. H. fin. ibi. cum interpellatus cum aliquo spacio quo conferre potuit, non fecit. de collat. honor. quem textum ad hoc allegat Cuman. in l. quoties in diem. de verb. obligat. & ad idem notat Alex. post Jacob. de Aret. in l. 1. H. item silita. ad l. Falcid. Bartol. in l. si penum 24. versic. præterea positio. quan. di. legat. ced.
- b. Ias. in d. l. si ex legati causa. 23. n. 5. & 6. de verb. oblig. ubi dicit, intellige istam regulam, quod interpellatio constituit in mora debitorem non ad vnguem, & sic non statim, sed cum moderato temporis spacio, arbitrio iudicis moderando. Tiraq. de retr. consang. H. 1. gl. 15. n. 23. & in l. si unquam. in verbo, omnia vel partem. n. 31. C. de revoc. donat. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 36. Soare Z. in commun. opinionib. in litera M. n. 216.
- c. Menoch. d. casu. 36. per l. rogo. quan. di. leg. ced. iunctal. conditio. de condit. & demonstrat.

11. Est autem interpellatio admonitio debitoris verbis instantiam & incitationem ad solvendum continentibus facta.

Bartol. in l. non solum. 8. H. morte eius. n. 3. & ibidem etiam Ias. n. 41. de no. oper. nunc. Ias. in d. l. si ex legati causa. n. 7. & 16. de verb. obligat.

12. Admonitio namq; facta verbis generalibus, puta, indigeo vel indigerem mea pecunia, aut similibus, ad constituendum quem in mora non sufficiunt, nisi qualitas personæ, cui à creditore reverentia exhibenda est, modestam & generalem ad solvendum admonitionem

nitionem exigat, ut si quis principi, patri, socero suo, similive personæ se sua pecunia indigere dicat, hoc enim in casu admonitio eiusmodi simplex pro interpellatione meritò habetur.

latè clariss. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. casu. 461. per quinq; fundamenta, licet Ias. in l. vinum. n. 15. si cert. pet. Et l. si quis mihi bona. §. sed quid si. n. 9. de acq. bæred. veriore et magis communem esse dicat, quod per eiusmodi verba saltem enunciativa et generalia in mora quis non constituatur. Satis enim huius rationibus respondet Menoch d. casu. 461. n. 13 et seqq. Et ipse Ias. ind. l. si ex legati causa. n. 16. de V.O. ait, in puncto juris semper se putasse contrarium: Sequitur Mascal. de probat. vol. 2. conclus. 1070. n. 26.

13. Sufficit vero ad hoc ut quis in mora constituantur unica saltem interpellatio, a sive judicialis ea sit, sive extrajudicialis b.

- a. l. Titia 89. §. usuras. ibi. sufficit semel intervenisse de legat. 2. facit l. mora 32. de usur. l. fideiussor. 17. §. finali. de fideiuss. Et l. si ex legati causa. 23. de V. O. ponderando, quod in his omnibus textibus dictio (interpellatus) absolutè ponitur. Facit etiam, quod semel certior factus, certiorari amplius non debeat. c. cum qui 13. de reg. jur. in. 6. Et ita tenet Bartol. in l. qui Romæ §. Scia, ubi etiam Ias. n. 26. de V. O. Ias. in l. quod te. n. 10. si cert. petat. ac crebriorem et veriorum hanc esse sententiam post Felin. in c. ex rescripto n. 8. de consistit. Tiraq. de retract. consang. §. 9. gl. 3. n. 23. Et alios, tradunt Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. casu 220. n. 25. 26. et seqq. Mascal. d. conclus. 1070. n. 11. vol. 2. Et Soarez. inter communes opiniones. sub litera I. n. 162. Et sub litera M. n. 214.
- b. text. in l. 3. ibi, tametsi non facile evenire possit, ut mora non precedente ad judicem perveniat, et si, antequam ad judicem pervenireatur, bæres in mora fuerit. de usur. text. in l. mora 32. eod. Dum enim ibi dicitur, apud judicem examinandum esse, an quis opportuno

eum loco interpellatus non solverit, ex eo satis liquidò consequitur, interpellationem ante, quam ad judicem irectur, factam esse. Facit ratio, quod veritas operetur potentius quam fictio. l. filio. 23. de liber. & posth. At facta interpellatio, quae fit per lapsum diei, iudicium non requirit. l. magnam. 13. C. de contrah. & committ. stip. Ergo multò minus expressa & vera. Atq; ita tenet. gl. in d. l. fideiussor. 17. §. finali. in verbo, reus, de fideiuss. gl. l. qui Romæ. 22. §. cohæredes in verbo, testatò, & ibi Bartol. Ias. & Dd. de V. O. Bartol. in l. non solum. 8. §. morte eius. n. 56. de no. oper. nunciat. Ias. in l. quod te. n. 21. & l. vinum. n. 15. si cert. pet. & d. l. si ex legati causa. n. 15. de V. O. Menoch. d. casu. 220. n. 26. Mas. card. d. conclus. 1070. n. 14. & communem ex Tiraq. renunciat Soarez in comm. opin. sub litera I. n. 162. & sub litera M. n. 212.

14. Et quidem non solum ipsiusmet creditoris, sed & ejusdem tam procuratoris, si de mandato ejus debitori constiterit, aut ipsi in dubium illud vocanti fides de eo facta sit b, quam negotiorum gestoris sine mandato c, si interpellet, quod solutio fiat non ipsi, sed domino cuius negotia gerit, & dein, si debitor & creditor ejusdem foris sint, ita quod debitor domum creditoris accedere teneatur d.

- a. l. si quis. 24. §. mora. de usur.
- b. ita limito d. §. mora. per l. si quis inficiatus 13. & practicam qudm ibi tradit Bartol. depos. Corset. in singularibus suis, in voce, Procurator, in singul. incip. si aliquis protestatur.
- c. d. l. si quis. 24. §. mora.
- d. Ita declarat d. §. mora Bartol. in l. si servum. 91. §. nunc videamus. de verb. oblig. cum quo alij tenent, excepto Cu mano, afferente Iasone eodem §. n. 5. ubi doctrinam Bartoli satis ait aequam esse & rationabilem.

15. Per



15. Per minorem tamen mora aliter fieri non videatur, quam si vel is tutore autore, vel solus tutor interpelletur.

a. sed eti 24. de verb. oblig. l. 5. §. cessatum. ut in posseß. legator.

16. Planè interpellasse simpliciter nunquam fatis est, sed ut congruo & opportuno quoq; cùm loco, & cùm tempore b interpellatio facta sit, simul requiritur.

a. l. mora. 32. de usur.

b. l. cum filius familiâs. 49 §. finali. de V.O.

17. Congruus autem & oportunus locus quidem is, in quo debitor potest conveniri; a congruum verò & oportunum tempus illud habetur, quando dies solutionis iam venit, b & actus tum, quando interpellatio fit, secundum bonos mores ciuitatis potest expediri: unde si interpellatio fiat die festivo ad opus fabrile faciendum, item si fiat eo tempore, quo quis uxorem dicit¹, vel mortuum sequitur, vel dormit aut comedit, ea tanquam incongruo tempore facta recte spernitur. c

a. gl. in d. l. mora 32. de usuris.

b. d. l. cum filius familiâs 49. §. finali. de V. O.

c. Ista est doctrina Bartoli in l. non solum 8. §. morte eius n. 58.

59. ubi etiam Ias. n. 42. versic. querit Bartolus. de novi oper. nunciat.

18. Vim & effectum interpellationis habet primò in casu, quo interpellari quis non potest, putà propter absentiam, aut interpellari se non patitur, protestatio de hoc interposita.

text. in l. 2. de nautico fænore.

19. Deinde diei, in quam obligatio contracta est,
præte-

præteritio : quia enim id, quod definito temporis spacio dari fierive placuit, in memoria ipsem et debito servare, nec ab alijs sibi manifestari debet poscere, a capropter dies pro homine justè interpellat. b

- a. Ut dicitur in l. magnam. 12. C. de contrah. & committ. stipulat.
- b. text. in c. 4. ex. de locato. gl. verbi. contemserint. in c. cupientes. 16. §.
si verò. de elect. in 6. gl. verbi, committitur. in l. pecuniae. 9. §. 10.
de usur. Ias. in l. si ex legati causa. n. 12. de V. O. & in l. si mora.
n. 20. sol. matrim. Bursat. consil. 84. n. 1. & 2. vol. 2. Menoch. de
arbitr. jud. lib. 2. casu. 220. n. 43. Anton. Gabriel. Roman. lib. 3.
comm. conclus. tit. de solut. & liberat. conclus. 9. n. 1. Mascard. in
tract. de probat. vol. 2. conclus. 1070. n. 19.

20. Adeò, ut non detur aut expectetur tempus etiam modicum, sed statim atq; præteriit, sine alio spacio in mora constituat a debitorem etiam ignorantem b.

- a. gl. in l. et si post tres. 8 in verbo, exceptione, ibi, statim committitur in diem, quando dies venit. si quis cautionib. Ias in d. l. si ex legati causa. n. 12. de V. O. Mynsing. centur. 3. obs. 95. Ioh. Oestene in tract. de mora cap. 2. n. 38. Et hanc communem esse testatur Matth. Coler. in tract. de process. execut. par. 1. cap. 10. n. 27. ex Bolog. consil. 16. n. 2. Non obstat, quod post diem elapsum modicum ad hoc tempus expectandum esse tradunt Anton. Gabriel. d. conclus. 9. n. 30. & Mascard. d. conclus. 1070. n. 24. allegata namq; ipsorum traditionem hanc non probant. Gl. enim in d. l. et si post tres. totum contrarium habet. gl. autem verbi restitui, in l. AEmilius. de minorib. de vere & expressè, non de fide & lapsu diei interpellato loquitur. At diversa est interpellationis utriusq; ratio. Nam ubi dies certa est, debitor se ad solutionem preparare potest, secus quando per interpellationem expressam in mora constitui debet, cum divinare non possit, quando debitor ipsum interpellaturus sit, ut ait Iason citato loco. Sanè verum est, quod celeri satisfactione purgari mora hec possit, ut infra dicetur, sed aliud est querere quando mora incurritur, & quando mora incursa purgari possit.
- b. Ias. in d. l. si ex legati causa. n. 12. de V.O. per l. cum diem. 77. eod.



21. Idque sive solutioni sive petitioni, putâ, ne intra pascha petatur, adjecta reperiatur.

Ias. in l. vinum n. 10. si cert. petat. & in l. cum stipulatus. n. 15. vero sic. sexto. & in d. l. si ex legati causa. n. 14. vers. septimo. de V. O. Anton. Gabriel. d. conclus. 9. n. 11.

22. Nec nō, sive in totū invariabilis sit, sive appositū habeat tēpū variabile, in voluntatē ac nutū creditoris collatū, veluti si dictū sit, quod debitor solvet in pascha te, & ab inde in antea ad omnē creditoris requisitionē.

Bartol. in l. cum stipulatus sim. 113. n. 10. & ibidem etiam Ias. n. 15. late, ubi vide, de V. O. Ias. in d. l. si ex legati causa. n. 12. versic. secundò notabiliter amplia. cod. Idem in l. vinum n. 9. si cert. petat & in l. si insulam. n. 18. in fine de V. O. per rationem, quod inductum in favorem creditoris, in odium eius retorqueri non debeat. Item per l. si quis promiserit. 135. cod. Felin. in c. licet. Heli. n. 5. versic. secundò amplia. de Simon. Castrensi. consil. 168. Anton. Gabriel. d. conclus. 9. n. 3. per plures.

23. Sane verū est, si vi placiti aut conventionis solutio certa aliqua die certo in loco fieri debeat, putâ Calendis Augusti Spiræ, eo autē die creditor in loco solutioni destinato vel seipsū vel aliū pro se presentem, & ad solutionē recipiendam paratū fuisse non docuerit, lapsus diei etiā tum, cum creditor, quō minus adesse ea potuerit, tempestate, valetudine aut alia ratione impeditus fuit, in mora debitorem non constituit.

text. & ibi Bart. in l. item illa. de const. pec. l. arbiter 45. de recept. arb. Signor. cons. 141. Affl. decis. 316. n. 12. Tiraq. de retr. lignag. §. 9. gl. 3. n. 17. & alij relati à Masc. vol. 2. concl. 1070. n. 23. & Ant. Gab. d. conclus. 9. n. 19. quorum uterq; testatur hanc esse communem: adde Tiber. Dec. inter consilia Iac. Menoc. vol. 2. consil. 132 n. 5

24. Verum enim verò ad hoc ut dies, secundum dicta, interpellet ac in mora constituat, requiritur primò quidem, ut debitor ejusdem cum creditore fori sit, diversum namque forum si sortiatur, & de solutione pro re aliqua

aliqua aut respectu rei alicuius creditoris, quam ipse possidet, non agatur (aliâs enim secus est a.) in mora aliter debitor non constituitur, quâm si creditor ipsum ea die, in quam obligatio contracta est, ibi, ubi solutio fieri debet, accesserit b.

- a. Ita tenet Bald. in l. acceptam. quest. 12. de usur. Et alij Dd. quos refert et sequitur Alex. consil. 92. vol. 1. notante Mynsing. centur. 3. obser. 95. utut Bart. in l. item illa. 18. n. 9. de const. pec. aliud sentiat, cuius tamen opinio non est rationabilis. Exemplum est in canone ab emphyteuta solvendo, Item, in pensione coloni.
- b. Bartol. in d. l. item illa. n. 9. et 11. ubi notare jubet gl. ibidem dicentem, quod consuetudo ita observat. Ias. in l. si ex legati causa. n. 14. versic. quintò limita. de V. O. Felin. in c. licet Heli. n. 3. versic. secundò de sim. Mynsing. d. obser. 95. Ant. Gabr. Rom. d. conclus. 9. de solut. n. 18.

25. Secundò ut dies solutionis saltem, non etiam obligationis multiplicandæ gratiâ apposita reperiatur.

Bartol. in l. 1. §. 1. n. 2. de penuleg. Ias. d. l. si ex legati causa. n. 14. vers. quintò limita, per rationem, ne, cum quilibet annus in obligatione annua inducat obligationem, idem tempus simul obliget et in mora constituat. Sequuntur Socin. in tract. regg. reg. 90. fall. 1. et Ant. Gabriel. d. conclus. 9. n. 17.

26. Et deniq; ut certa sit sive expressè a, sive tacite b.

- a. l. magnam. 12. C. de contrah. et comm. stipul.
- b. Ista est vera et communis opinio attestante Ias. in l. quoties in diem. n. 5. de verb. oblig. ubi allegit. l. 2. in fine. C. de ju. emphyt. l. unicam §. exactio. C. de rei uxor. act. et ampliat tribus modis. Idem Ias. in l. si ita stipulatus esset. n. 7. et in l. si insulam. n. 3 de V. O. Scindum hic, quod Doctores requirant quartò, ne dies suu nimiu angusta ad solutionem parandam, ut patet ex adductu per Anton. Gabriel. d. conclus. 9. de solut. n. 23. Verum quia hoc in illam questionem incidit, an difficultas a mora excusat, infra in suo loco notandum reservo.

27. Ne enim, quod absurdum esset, eodem quem simul tempore & obligari incipere, & in mora constitui contingat a, diei in certae adventus citra interpellationem expressam morosum quem non reddit b.

- a. Bartol. in l. 1. §. 1. n. 2. de pe. leg fac. l. quod dicimus. 105. de solut. l. promissor. 21. §. 1. de constit. pec. et §. fin. Instit. de inutilib. stipulat.



b. d. l. magnam. 12. ibi, certote tempore, arguendo à contrario sensu,
C. de contrah. & commit. stipul. las. in d. l. quoties in diem. n. 2.
circa medium. de V.O. Bartol. in l. ita stipulatus. n. 4. de V.O. Crav.
consil. 89. n. 5. & alij plures relati ab Anton. Gabriel. d. conclus.
9. de solut. n. 32. quibus adde Tiber. Decian. inter consilia Menochij.
vol. 2. consil. 132. n. 10.

28. Quod ipsum eadem ex ratione similiter dicendum est de conditione purificata, ut quæ & ipsa propter dubium sui eventum diei incertæ instar est, nec, uti & dies incerta, prævideri certò potest, ita ut debitor se ante eventum illius ad solutionem possit præparare.

Hanc communem esse testatur Bartol. in d.l. ita stipulatus. n. 51.
& latissime las. in l. quoties in diem n. 2. de ver. obligat. addens,
hanc opinionem judicando & consulendo tenendam esse. Et quod so-
lus eventus conditionis absq; interpellatione in mora non constituant,
erudit etiam Tiber. Decian. consil. 102. n. 23. vol. 3. ubi allegat Dec.
consil. 2. incip. & protenui. col. 3. vol. 1

29. Quia etiam, vbi cunq; nulla diversitatis ratio obstat, ita est in loco, prout est in tempore, & a pro-
pter licet obligatio aliqua ad diem quidem certum
contracta fuerit, si tamen locus ei incertus adjectus
sit, utputà quia dictum, quod Calendis proximis Sep-
tembris solvi debeat in loco per creditorem aut alium
declarando, post lapsum diei in mora quis constitu-
tus dici non potest ante, quam de loco fuerit certifi-
catus b.

a. latissime las. in l. vinum n. 2. & 6. si cert. petat.

b. Tiber. Decian. inter consilia Menoch. vol. 2. consil. 132. n. 10. per
Paris. consil. 5. n. 47. vol. 4. in quo consuluit, quod si quis promisit
constituere aliquem procuratorem sub certadie, & in loco declarans
do per

do per judicem, dato quod dies sit certa, quia tamen locus sit incer-
tus, utpote ab arbitrio & declaratione judicis pendens, non dicatur
constitutus in mora etiam post lapsum diei, nisi certificetur de loco:
Quin imò, si promisisset constituere in Camera Apostolica ubi opus
fuisse, quod propter illam adiectionem (ubi opus fuisse) quæ faciat
locum incertum, ante notificationem in mora non constituantur. Ac-
cedit decisio Castrensis consil. 100. quod nempe is, qui promisit præsen-
tare quem intra octo dies ad libitum curiae, in mora fuisse dici non
possit, donec curia arbitrata, deq; eo monitus fuerit, & ut præ-
sentet, interpellatus. Sequitur Dec. consil. 145. ubi in simili casu con-
suluit.

30. **MORA IRREGULARIS** est, quæ citra interpellationem, aut quod vim ejus habeat, ipso jure committitur; mora aliâs ex rebus, & quæ re ipsa fit, dicta.

- a. Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. casu 220. n. 6.
- b. l. cum verò. 27. h. apparet. de fideic. libertat. l. sed et si 32. de usur. l. Titia. 87. h. i. de legat. 2. l. 3. h. idem dicendum. de adm. legat.
- c. l. in minorum. 3. c. in quib. caus. restit. non est necess.

31. Generaliter in hac constituitur, qui ad faciendum & curandum quid obligatus est, si non faciat aut curret id quamprimum potest.

Felin. in. c. ex rescripto. n. 18. versic. item nota perpetuò. de jure jur. Ias. in l. quod te. n. 23. si cert. pet. Anton. Gabr. Rom. lib. 3. tit. de pact. & convent. conclus. 2. n. 22. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. casu. 220. n. 20. ubi ex Crav. consil. 64. n. 1. & consil. 192. n. 17. & consil. 246. n. 1. communem hanc conclusionem esse dicit. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 1070. n. 10.

32. Deinde qui justo tempore id, quod ex obligatione bonæ fidei debet, non solvit pupillo vel minori,

a, aut, ad huius exemplum, Ecclesiæ, vel Reipubli-
cæ c.

- a. d.l. in minorum. 3. C. in quib. caus. restit. non est necess.
- b. Menoch. d. casu 220. n. 18 19. per Alex. in l. quod te. n. 8. si cert. pet. et Purpurat. ibi. n. 95. late Didac. Coaverr. lib. 3. variar. resol. cap. 17. n. 4. qui hanc communem esse dicit, et Bayer. tract. de mora parte 2. n. 15. Fungitur enim Ecclesia jure minoris, ut dicitur in c. 3. de restit. in integr.
- c. Vt enim jure minorum et Republica solet, ut dicitur in l. 4. C. ex quib. caus. maior. NOTANDVM quod Menoch. d. casu. 220. quatuordecim casus recenset. in quibus mora re ipsa committitur, quos, cum speciales sint, egoq; generales tantum theoreticas de mora in ordinem redigere mihi proposuerim, sponte prætereo.

33. Quod tamen, quantum ad personam pupilli & minoris attinet, meritò restringitur, dummodo pupillus aut minor tutorem habeat cui solvi, & cui solvendo plena liberatio possit haberi, cum imputari nihil queat ei, qui solvere etiamsi vellet non potest.

text. in l. cum quidam. 17. q. si pupillo. de usur. Molin. tract. de usur. quest. 40. n. 305. ubi addit et hanc rationem, quod nimicum privilegium minoris non debeat alijs captiosum esse, nec in damnum aliorum, lucrum vero minorum annis accipi.

34. Secundò, ut procedat tamdiu duntaxat, quamdiu durat minor ætas, non vltierius: Sive enim minor major effectus sit, sive hæredem majorem reliquerit, cessat ipso jure mora irregularis pro futuro tempore, ita ut deinceps ad moræ commissionem interpellatio requiratur.

arg. l. in omnibus 68. de regul. jur. Molin. d. tract. de usur. n. 305. Donell. tract. de mora cap. 6. ubi dicit; Cum in re solum mora est, finita causa, propter quam mora recipitur, definit mora fieri, ut si minor decesserit: si 25 annum excesserit: Quia revera mora non fuit,

fuit, sed beneficium tantum personæ.

35. Quod si verò tutor vel curator minoris congruē semel ut solveretur interpellârit, mora sic semel cæpta sine dubio semper perseverat.

Molin. d. tract. de usur. n. 306. per not. in l. item illa. de constit. pec.
l. si ex legati causa. l. si insulam. & l. si servum. V. O. melius fac.
l. Titia 89. h. usuras, ibi, sufficit semel intervenisse. de legat. 2.

36. Idem dicendum de mora, in qua paterfamiliâs, utut minor, debitorem interpellando constituit: quippe non solum ad eius hæredes, & si obligatio transitoria sit, sed & ad hæreditatē jacentem & pupilos tutores carentes effectus illius perpetuò transmittitur. b

- a. l. cum patrifamiliâs. 27. de usur.
b. Molin. d. tract. de usur. n. 306.

37. Cæterūm effectus moræ tam regularis quam irregularis multiplex est, ac primò quidem, quod post moræ. eam periculum interitus speciei debitæ etiam per casum fortuitum ad debitorem spectat a, non attento, dederit, an verò dolofecerit, quo minus dare potuerit; sufficit enim si debere se sciverit, vel justa ex causa scire debuerit b: cum, mora interveniente, obligatio nihilominus semper continuetur, ut scilicet tam ipse morosus, quam eius hæredes post interitum teneantur c, & in æstimationem succedat obligatio d.

- a. l. s. si cert. petat. l. nemo. 82. de V. O. l. Affricanus. 40. h. in usurarum. de legat. i. l. si plures. 14. h. i. depos.
b. d. l. s. si cert. pet.
c. l. si quis solutionis. h. i. de usur. l. si seruum. 91. de V. O. Ias. in l. si ex legati causa. n. 4. cod.
d. l. s. h. finali. de bonor. collat. d. l. Affricanus. h. in usurarum.
NOTANDVM ad hanc conclusionē, quod, ut debitor speciei de intentu teneatur, gl. in d. l. s. & Salic. Fulg.. Alex. & alij in l. vñtū. si certum pet. requirāt interpellationē, & sic moram regularē intervenisse.

Verum

verum quod hic effectus etiam morae irregularis sit, tenet Bartol. Et Ias. n. 25. ind. l. 5. Et satis probatur per l. curabit. C. de act. em. l. naturalis. H. at cum do. versic. quod si tale. de prescrip. verb. l. dedi tibi pecuniam. 3. H. quod si ita. vers. sed si Stichus. H. sed si. vers. siquidem moram. de condit. cau. da. l. subtracto. C. de furt. l. i. H. rectissime et l. meritò. de vi et vi arm. quos textus allegat Job. Oest. in tract. de mora cap. 3. n. 11. ubi et adquædam contraria respondet. Ratio autem quarè species peremta post moram pereat periculo debitoris, est, ut notat Ias. in l. si ex legati causa n. 4. Et in l. nemorem suam. n. 3. ex illis textibus, et in l. si servo H. fin. de V. O. quod odio morosi fingatur vivere. Quod etiam conclusio hæc non solùm in contractibus nominatis, sed etiam in innominatis vera sit, pulchrè probat Ias. in d. l. si ex legati causa n. 2. ubi omnino vide.

38. Utique nisi certum sit a, rem apud creditorem eodem modo fuisse interitaram, etiamsi data aut restituta fuisset a debitore b, id quod, nisi morte naturali res peremta sit, nunquam presumitur c.

- a. Hanc restrictionem ponunt Fulg. Alex. et Ias. n. 28. ind. l. quod te. 5. si cert. petat.
- b. hanc distinctionem Martini una cum Ias. in l. quod te. n. 28 circa finem, et in l. nemorem suam. n. 5. de V. O. teneo, licet, ut utробiq; testatur Iason, communis opinio sit in contrarium. Probatur enim primò apertè per l. si plures. 14. H. i. depos. ibi, æquum est naturalem interitum ad actorem pertinere, utiq; cum interitura esset ea res, et si restituta esset actori: qui sane textus tanto fortius pro opinione Martini stringit, quod l. si in A sta. 12. H. fin. cod. in hac ipsa questione de periculo interitus equiparat, an quid debeatur ex deposito, an verò ex testamento vel stipulatione; item quod in contractu depositi gravior et improbior est mora tanquam in contractu optimæ fidei et singulariter privilegiaco. l. fin. C. depos. fac. l. i. H. in depositi. et H. si rem. cod. Secundò accedit text. l. si is qui. 56. de jur. dot. ubi dicitur, quanquam maritus moram fecerit in non exigendo, si tamen apud maritum moriturus Stichus fuerat, quod tunc actione dotti non teneatur. Tertiò facit l. de eo 12. H. si post judicium. ad exhib. arguendo à contrario sensu in illis verbis:

In contractu Depositi
gravior est improbior
est mora.

verbis: si apparebit eo casu mortuum esse, qui non incidisset, si exhibitus fuisset. Plura vide apud Ias. citatis in locis. Ioh. Oesten. in tract. de mora cap. 3. n. 3. 4. 5. ubi respondet ad quædam contraria, præsertim autem Menoch. in tract. de præsumt. lib. 3. præsumt. 138. n. 5. & seqq.

- b. Menoch. d. præsumt. 138. n. 6. 7. & seqq. per latissime ibi allegata.

39. Secundò succedit in obligatione faciēdi post moram obligatio ad interesse creditoris factum esse a, & ita quidem, ut hoc solum in obligatione & petitione esse incipiat b, creditor autem ad factum, sive præstare illud adhuc possit, sive non possit c, preciè cogi nequeat, sed, si id præstare nolit, solutione interesse in totum liberetur d: sequentibus solummodo casibus hinc exceptis e.

- a. l. si pœnam. 68. l. stipulationes non dividuntur. 72. H. Celsus, ibi, si factum non fuerit, pœnam dari oportere. l. quoties quis aliquem sisti. 84. ibi, id quanti interest sisti contineri. l. si quis stipulatus sit. 112. H. i. ibi, semper in satisfactionis stipulationem venire id, quod interest stipulantis. de verb. obligat. l. si quis ab alio. 13. H. i. ibi, quia non fecit quod promisit, in pecunia numerata condemnabitur, sicut evenit in omnibus faciendi obligationibus. de re judic.
- b. d. l. si quis ab alio. H. i. ponderando verbum, condemnabitur; si enim factum in obligatione esset, utiq; in id condemnandus foret. l. si fundum. 114. de V. O. ponderando illa verba, consecuturum me quanti mea interfuit moram factam non esse. d. l. si quis stipulatus sit, 112. H. i. ponderando verbum (semper) l. si insulam 84. eod. ubi expreſſe ICtus Paulus ait, post litem contestatam, & sic postquam purgari mora amplius non potest, facti præstatione debitorum amplius non liberari: unde necessariò sequitur, factum post moram in obligatione amplius non esse, cum alioqui debitor præstatione eius etiam post litem contestatam, modo ante rem judicatam, liberandus & absolvendus foret, per H. fin. Instit. de perp. & temporalib. act. l. stipulationes non dividuntur. 72. H. Celsus, ibi, juxta aestimatiōnem facti dandam petitionem. de V. O. late Ioh. Oesten. in tract. de eo quod interest. n. 25. 26. 27. 28. 29. ubi respondet ad contraria.

C.

c. l. in si-



- c. I. in stipulationibus. 54. §. operarum, ibi, si estimationem operæ libertus malit offerre. de V. O.
- d. Quod enim in obligatione nō est, ad id solvendum compelli nemo potest. dd. LL. quibus accedit l. si traditio rei venditæ procacia venditoris non fiat, quanti interesse completi emtionem fuerit arbitratus præses, tantum in condemnationis taxationem deducere curabit. C. de act. emt. Et hæc est communis opinio. Od. in l. stipulationes non dividuntur. 72. ubi latè Bartol. n. 36. 37 & 40. Ias. n. 6 & 32. de V. O. licet contrarium sentiat Corras. lib. 2. Miscell. cap. 3.
- e. Plures recenset limitationes tam Bartolus quam Ias. in d. l. stipulationes non dividuntur. n. 33. de V. O. Verum quia illæ planè dubiæ minusq; generales sunt, sciens eas prætereo.

40. Primo si obligatio ad factum medio juramento contracta sit a, & ipse metjurans, non etiam haeres eius, utpote quem juramentum non ligat b, exigatur, factumq; præcisè implere possit c.

- a. Communem dicunt Fortunat. Garcia in c. 1. de pact. n. 1. in fine Alex. consil. 36. n. 25. & consil. 91. n. 5. vol. 2. Roland. à Valle consil. 6. n. 32. vol. 1. Ias. consil. 69. n. 10. vol. 1. & consil 41. n. 3. vol. 3. Coaverro in relect. c. quamvis pactum. §. 4. n. 6. & est gl. communiter approbata in l. si pecuniam, in verbo, necesse habeas. de conduct. caudata. latiss. Anton. Gabriel. lib. 2. tit. de jure jur. conclus. 8. ubi infinitos refert, asserens hanc opinionem esse magis communem.
- b. Bald. & Corneus in locis relatis per Anton. Gab. d. conclus. 8. n. 3. Francis. Viv. tom. 2. thes. comm. opin. in litera O mibi fol. 13. col. 4.
- c. Anton. Gabriel. d. conclus. 8. n. 4. per Crav. Barbat. & Bald.

41. Secundo, si obligatio judicialiter facta sit.

Hanc esse communem testatur Ias in l. si convenerit. n. 18. de iurisdict. omn. judic.

42. Tertio si artifex ad factum suæ artis obligatus sit, & facultatem præstandi habeat.

I. item si precio. 25. §. cum insulam, ibi, locat enim artifex operam suam, id est, faciendi necessitatem. loc. & cond. Molin. in tract. de eo quod

eo quod interest, n. 186. Et in consuetudinib. Parif. f. 195.

43. Et deniqz, si restitutio rei alicujus in obligatione versetur: quamdiu quippe res extat, præcisè quis eam restituere tenetur, obligatio, verò ad interesse post moram aliter non succedit, quām ubi creditor facultatem restituendi habere desierit.

l. qui restituere. 69. de rei vendicat. l. in summa 65. f. si servum. de condic. indeb. l. in re furtiva. 8. Et ibi Bart. de condic. furt. l. si is cui. 39. de mort. cau. donat. Bartol. in l. stipulationes non dividuntur. 72. n. 9. 10. 33. versic. ego dico Dignum dicere verum, et n. 34. ubi rationem specialitatis reddit. Et n. 38. ubi limitat in hypothecaria, in qua posterior debitor liberatur præstando interesse. de V. O.

44. Attenditur autem in æstimatione ejus interesse, quod obligationi faciendi, prout dictum, succedit, non tempus contractæ obligationis, sed moræ commissæ: verbi gratiâ; si quis mihi Calendis quid faceare debuit nec fecit, tanti duntaxat æstimatio facienda est, quāti interfuit Calendis id factū fuisse a, adeo quidē, ut postea nec augmentū, nec diminutionē recipiat b.

a. l. si Calendis. 11. dere judic. Et ibi Ias. gl. in l. 3. in verbo, moræ. de act. tritic. Ias. in l. vinum n. 18. in fine medij. si cert. pet. ubi respondet ad l. fundum Cornelianum. de novat. qui obstat videbatur, quod nempe loquatur de æstimatione que & quæ principaliter est in obligatione ac ipse fundus

b. ita contra gl. in d. l. si Calendis. Et in d. l. 3. tenent Bartol. Imm. Raph. Cuman. Ias. Et omnes alij in d. l. si Calendis. Bartol. in l. 3. f. in hac. n. 7. commod. Ad contraria quibus movetur gl. respondet Ias. in d. l. si calendis, quod loquantur in obligatione dandi.

45. Quia enim obligatio ad totale interesse semel commissa, committi amplius non potest, idcirco an vel interesse post ejus commissionem desierit, an verò vel minoris vel pluris interesse cœperit, ulterius in considerationem non venit. C 2

text. in l. ubi. 18. de edendo. & in l. cum quærebatur. 13. judic.
solvi. Ceterum quomodo hic formetur libellus, & an ad factum vel
interesse agatur, vide Bartol. in l. Stipulationes non dividuntur. n. 5.
de V. O ubi tradit tres agendi modos in hoc articulo.

46. Tertiò accedit generaliter post moram obliga-
tioni dandi in speciebus tām functionem non recipi-
entibus, ut sunt, domus, equus^a, quām (pecuniā nu-
meratā exceptā b) fungilibus, quæ nimirum pon-
dere, numero & mensura consistunt, mutuaq; vicefun-
guntur ac tantundem præstant c, veluti sunt, vinum,
frumentum, oleum &c. obligatio ad æstimationem
quantiplurimi quid valuit d, à tempore nimirum mo-
ræ commissæ e.

- a. l. 1. & 3. de triticaria actione.
- b. In eam enim solummodo cadunt usuræ. Deinde ipsa æstimat res cæte-
ras, non æstimatur, aut saltem non indiget æstimatione, cum sit eius
æstimatio constans & certa. Cuiac. in paratit. ff. de act. tritic.
- c. l. 6. si cert. petatur.
- d. l. vinum. 22. si cert. pet. l. 3. §. si per venditorem. & l. si sterills. 22.
§. cum per venditorem. de act. emti.
- e. d. l. vinum. versic. Sabinus. & ibi Ias. n. 18. ubi dicit hoc procedere
in contractibus tām stricti juris, quām bona fidei, & ita omnes tene-
re. l. 3. in fine. de tritic. act. Bartol. in l. 3. §. in hac. n. 7. versic.
sed si mora præcessisset, ubi idem afferit quod Iason modò allegatus.
commod. Varias distinctiones vide apud Bartol. in d. l. vinum. n. 8.
9. 10. 11. Quomodo autem libellus in petitione huius æstimationis
formandus sit, vide Bartol. in l. 3. versic. quero, juxta materiam.
de condit. tritic.

47. In tantum, vt valor non communior, & qui ma-
gis continuus fuit a, sed summus, qui nimirum tem-
pore extremæ caritatis extitit, isq; etiam momenta-
neus, attendatur b.

a. ut sentit

- a. ut sentit Molin. in tract. de usur. n. 124. & male.
- b. l. in re furtiva. 8. §. i. ponderando verba, quores V N Q V A M plurimi valuit. de conduct. furt. Raph. Cum. Alex. & alij in l. pre-
cia rerum. ad. l. Falcid. & in l. cum res §. fin. de legat. i. cum quis-
bus transit Ias. in d. l. vinum. n. 13. si cert. petat. Moventur per
duo, primò, odio morosi, qui dicitur delinquere, secundò, quod d. l.
precia rerum loquatur, in casu quando debitor est in mora.

48. Alterius tamen hic interesse ratio nulla habetur
a, nisi vel expressè, vel saltem in genere suscep-
tum, ac
de eo cogitatum sit, aliæve justæ causæ interveniant b.

- a. text. in l. si sterili. 22. §. cum per venditorem. de act. emti. Molin.
in tract. de eo quod interest n. 94. 95. 96.
- b. Molin. d. tract. n. 97.

49. Exempli gratiâ, si inter duos mercatores obliga-
tio contracta sit de traditione frumenti vel alterius
speciei fungibilis certo die & loco facienda, quo tem-
pore & loco prævidebant creditoris interesse, & eum
alioqui damna passurum, & tamen debitor per moram
etiam citra dolum malum fecellit, ipsa certè æquitas,
& communis commerciorum utilitas & fides hoc ca-
su exigit, non solum æstimationem quanti plurimi, si
qua sit, sed etiam aliud quodvis interesse efficax præ-
stari oportere.

Angel. consil. 219. incip. arbitror. in fine. ex hunc secutus Molin.
in d. tract. de eo quod interest. n. 97. ubi dicit, hoc jura aperte
velle, dum hoc casu actionem faciant arbitrariam, ut videlicet judici
judicaturo detur arbitrium & potestas non solum super principali
& æstimatione quanti plurimi, quæ videtur pars rei, sed etiam super
adjudicatione & taxatione reliqui interesse extrinseci. l. 3. in fine.
l. aut si mutua. & per t. tit. de eo quod cer. loco. Idem Molin. in
tract. de usur. n. 514.

50. Cujus autem loci precium in æstimatione quan-
C 3 ti plurimi

ti plurimi seq̄ai oporteat, in eo sic distinguendum est, ut, siquidem solutio in alium, quām quo contracta est obligatio, locum collata fuerit, ejus loci æstimatio, quo dare debuit, si verò hoc non factum, ejus quo pe-
ti debitum debet & potest, spectanda sit.

I. vinūm. 22. Et ibi gl. verbi, ubi esset petitum. si cert. pet. I. 4. in fine. iuncta gl. verbi, peteretur. de act. triticar. I. 3. H. finali de act. emti. Facit pulcra decisio, quam refert Iis. in d. I. vinum. n. 12. Ali- quis existens in Marchia Anconitana vendidit quantitatem vini pro certo precio, quam promisit solvere in civitate Ferrarie. Iste vendi- tor volebat rescindere venditionem ex l. 2. C. de rescind. vendit. Fuit dubitatum in æstimatione istius vini, cuius loci æstimatio inspicienda esset, an Marchia Anconitana, an Ferraria? Fuit determinatum, quod secundum æstimationem loci Ferraria, cum partes ibidem in- telligantur contraxisse. I. contraxisse. de oblig. Et act. Et per hoc dicit ibidem Iason clarè decidi illam questionem, An si is, qui Floren- tie promisit, quod in anno velit solvere centum ducatos Romæ, isq; eosdem creditori offerat Florentia, ubi tanti non valent ducati quām Rome, an debitor ad æstimationem quanti pluris teneatur?

§1. Et quidem si res amplius non extet, æstimatio, quæ fuit ad illud usq; tempus, quo absq; dolo debito- ris (hic enim rem pro extante adhuc haberi facit a) extare desit, accipiendo tamen hoc non de puncto temporis præcisè, (nam sic ad exiguum premium re- duceretur æstimatio, cum in articulo mortis seu inte- ritus res minimò valeat) sed qv πλάτα & latiori qua- dam æquitatis adhibita ratione c; sin autem extet, quæ fuit usq; ad solutionem etiam post sententiam, & in- fra tempus judicatis concessum, cum ea intercapedo temporis dilationem, non lucrum asserre debeat. d.

a. I. qui

- a. l. qui dolo. 173. et l. parem. 92. de reg. jur. c. pro possessore. 36.
ext. cod.
- b. Bartol. in l. vinum. n. 13. si cert. pet. et l. 3. h. hac actione. n. 14.
commod. Ratio est, quod aestimatio rei quae non est, crescere non
potest.
- c. l. 3. de tritic. act. et ibi VVesentb. n. 2.
- d. text. in l. 3. de usur.

§2. Atq; hoc adeò verum est, ut aestimatio hæc
quātiplurimi prout aliud interesse moderationi& tax-
ationi dupli non subjaceat, sed tota debeatur, quan-
tacunq; sit, cùm quod non tam accessio quam pars
rei sit a, tūmetiam quod tum, quando res plurimi
valebat, tenebatur debitor omnino dare, ideoq; mora
in qua perseveravit, nec ipsi tanquam moroso prodes-
se, nec moram passo nocere debeat b.

- a. Molin. in tract. de usur. n. 512.
- b. Bartol. in l. unica. n. 25. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. et
communiter veteres, ut testatur Molin. in tract. de eo quod interest
n. 101. versic. quintò, licet ipse n. 102. contrariam sententiam putet
veriorem. Sed certè rationibus, quas ipsem pro sententia veter-
rum affert, non satisficit.

§3. Verūm hæc, si post moram rei premium cre-
vit, ita obtinent: quod si verò vice versa deterior
res facta sit, utroque casu, sive res adhuc extet,
sive non extet, aestimatio quanto deterior res fa-
cta fuit, in obligationem venit; ideoque si
quis

quis post moram equum morbidum dederit, minime liberatur, sed ad tempus moræ æstimatio reducitur.

text. in l. 3. versic. in utroq; de tritic. actione.

54. Quod si autem valor rei, qui fuit tempore contractæ obligationis, post moram communis functione decreverit, putà, amphora vini quæ valebat sex du-
catos, valeat quatuor aut pauciores, ne & h̄ic debitor mora sua aliqua ratione commodo sit a, idcirco
premium hac in specie non utiq; secundum tempus
moræ, sed contractæ obligationis jure æstimatur b.

- a. l. hominem .37. mandati. l. in condemnatione. 133. §. unicuiq; de re. gul. jur.
- b. Ita tenet Ias. in l. vinum. n. 18. versic. ex ista communis solutione. si cert. petat. per text. in l. 3. §. si per venditorem, ibi, vel quo venit. de act. emti.

55. Quartus & ultimus moræ effectus est, quod, si in debito pecuniario ex obligatione bonæ fidei morā debitor fecerit, ad principale obligationem accessio si-
at obligationis ad præstationem usurarum, & quidem duntaxat, non etiam omnis omnino interesse, quod debitor mora non facta cōsequi potuit, veluti si nego-
tiator fuerit, & si solutum fuisset debitum, ex merci-
bus plus, quam ex pecunia debita consequi potuit.

Ita habet textus formalis in l. finali. de peric. & comm. rei vend. &
tradit latè Molin. in tract. de usur. n. 500. 501. 502. & seqq.

56. Planè hos omnes moræ effectus ex bono & æ-
quo sistit ejusdem cum excusatio, tūm purgatio.

l. si servum. 91. §. sequitur. de V. O.

De moræ ex-
cusatione.

57. EXCVSATVR mora iustæ causæ, ob quam de-
biti

biti solutio dilata sit, allegatione, cū non omne, quod differendi causa sit, moræ annumerandum sit.

Ita dicitur. in l. sciendum. 22. de usuris.

58. Sunt autem justæ causæ hæc: Si debitor de securitate solutionis sibi prospicere volens, amicos requisierit, idçp non fraudandi causa simileetur.

d. l. sciendum. & l. seq. de usuris.

59. Si Republicæ causa abesse subito coactus sit, ut defensionem sui mandare non potuerit, etiam si postea in vinculis hostiumve potestate esse ceperit.

l. sed et si. 23. eod.

60. Si solutioni quidem moram fecerit, sed adjudicium & quidem justè ac sine dolo provocarit.

l. si quis. 24. eod. l. qui sinc. 63. de regul. jur.

61. Si debitum sit illiquidum, aut per judicem nondum declaratum a, vel alia justa ex causa quis ignorat, quantum solvere debeat b.

a. Mora enim ante liquidationem, & sic in illiquidis non committitur Ias. in l. quod te. n. 9. de reb. credit. Bald. & Dd. in l. acceptam. C. de usur. Boer. in consuetud. Bituricensib. tit. du retract lignagier. in verbo, item, si l' acheteur. Andr. Gaill. 2. obs. 19. n. 8. Crav. consil. 89. n. 5. ubi præter alios allegat. Bald. in consilio. 461. super primo puncto. vol. 2

b. text. in l. non potest. 99. de regul. jur.

62. Si debitor per certum & fidelem, prout ei videbatur, nuncium infra statutum terminum pecuniam creditori miserit, eamçp nuncius infideliter agens, sicut ei injunctum fuerat, non persolverit.

D

text.



text. in c. significante. 7. ext. de pignorib.

63. Si hæres quis debitoris sit, & ei fides non fiat de debito.

l. si quis. 13. Et ibi Bartol. depos. Ripa in l. quod te. n. 59. si cert. petat. ex hoc Menoch. de arbitr. judic. lib. 2. casu 220. n. 51. fa- cit, quod tradit Coler. in tract. de process. execut. par. 1. cap. 10. n. 291. Ratio est, quod is, qui in alterius locum succedit, justam igno- rantiæ causam habeat, an id, quod petitur, debeatur. l. qui in alte- riis. 42. de regul. jur.

64. Si hæres creditoris interpellat, non facta fide se hæredem esse.

Menoch. d. casu. 220 n. 53. per Rip. in d. l. quod te. n. 58. Et Tiraq. in tract. le mort à saisi le vif. par. 7. decl. 2. n. 1.

65. Si post mortem creditoris nemo sit, cui solvi pos- sit, ejus enim temporis inculpata mora est.

l. pecunie. 9. §. fin. l. cum quidam. 17. §. si pupillo. de usur.

66. Et deniq; si non habeat potestatem debitor aut facultatem solvendi rem debitam, sed sine dolo, culpa aut affectatione a, difficultas aliqua superveniens (quæ enim ab initio statim obligationis inest, excu- sationem non meretur b) impedit, quo minus possit quid facere, præsertim si omni tempore facere para- tus sit c.

- a. l. 5. si cert. pet. l. cum res legata. 49. de legat. 1. l. fin. §. pen. ad l. Rhod. de jactu.
- b. Habet enim hoc casu debitor quod sibi imputet, utpote qui à principio sciebat istam difficultatem subesse, et tamen se obligavit. Ias. in l. Titio. in pr. n. 13. de V. O. Paris. consil. 76. n. 15. vol. 3. Bellon. lib. 3. supput. cap. 13
- c. text. in l. 3. §. 3. de act. em. d. l. cum res legata d. l. fin. §. pen. l. 2. §. si quis iudicio, si quis cauit.

67. Sed

67. Sed hoc tamdiu duntaxat tantum, quamdiu du-
rat difficultas, & quidem in obligatione etiam saltem
faciendi accipendum est a: in obligatione autē dan-
di non aliter, quam si species debeatur b, cum si quan-
titas in obligatione sit, difficultas à mora non ex-
cuset.

- a. d. l. fin. §. pen. ad l. Rhod. de jactu. Bartol. Alex. & communiter
Dd. in l. quod te. si cert. pet. Bartol. in l. continuus. 137. §. illud. n.
6. de V. O. Maranta post speculum disput. 7. n. 13.
- b. Ias. in l. si ita stipulatus fuero. §. Titius. n. 11. de V. O. Bartol. in d.
l. continuus. §. illud. n. 6. per l. cum servus. 39. & d. l. cum res le-
gata. 49. de legat. 1.
- c. Bartol. in d. l. quod te. n. 14. si cert. pet. & in d. l. continuus §. illud.
n. 6. de V. O. latē Ias. in d. l. quod te. n. 29. 32. 33. ubi hanc opinio-
nem communem testatur, & pro ea post alios allegat l. cum filius-
familiās. in pr. de V. O. & l. mora. §. in bonae fide. id est usur. indu-
cendo hoc modo. Nam jure fforum filius familiās nihil habet. l. plan-
cet. de acquir. hæred. & tamen promittendo quantitatem à mora
non excusat, dictis juribus. Idem Ias. in l. vinum. n. 14. sub quarta
ampliatione, si cert. pet. ubi similiter omnes ita tenere afferit.

68. PURGATVR, h. e. emendatur & eluitur mora De mora pur-
quasi commissa non esset, præstatione & oblatione. gatione.

Ias. in l. et si post tres. n. 25. si quis caut. Purgare moram (inquit) est
emendare negligentiam ante commissam taliter, quod reus effectu-
aliter constituatur eo in gradu, in quo erat ante moram.

69. Præstatione mora purgatur in obligatione faci-
endi, si quod debetur post moram effectualiter fiat
aut detur, veluti, si ad ædificationem domus obliga-
tus, postquam tantum tempus præteriit, quo potuit
facere nec fecit, & sic in mora constitutus, postea
ædificet.

l. si insulam. 84. l. continuus. 137. §. item qui insulam. de V. O.

70. Oblatione mora purgatur in obligatione dandi,
si debitor creditor i^ta debitum offerat, ut propterea is
in mora (de qua paulo post) constituatur.

l. qui decem 72. §. 1. veris. verum est. de solut. l. interdum. 73. §.
Stichi. & l. si servum. 91. §. stichum. de verb. obligat. l. illud. 17.
de peric. & comm. rei vend. NOTA. Bartol. in d. §. Stichi. &
in l. acceptam. n. 1. & 11. C. de usur. Item Aretin. conf. 63. & Ripa
in l. si insulam. n. 67. in fine. de V.O. verbalem saltem oblationem
ad morae purgationem sufficere volunt. Verum hanc opinionem alio
quot rationibus refutat Ias. in l. si ita quis promiserit. §. Seia cavit.
n. 17. 18. 19. de V. O. Sane si quis textus allegatos recte viderit, in-
veniet illos loqui de oblatione tam quatenus per eam creditor in mo-
ra constituitur, quam quatenus per eam mora purgatur, & sic quo-
ad hos duos effectus nullum facere discriminem, id quod me etiam mo-
vit, ut conclusionem hanc ita conciperem.

71. Sciendum tamen morae purgationem per ejus-
dem geminatae interventum, putà, si duplex sit facta
interpellatio, vel interpellatio semel facta, & dies
placito adjecta elapsa, impediri.

l. trajectitiæ. 21. §. de illo. de oblig. & act. prout ad hoc allegatur
a Ias. in l. et si post tres. n. 21. 22. 23. si quis caut. ubi comprobatur hanc
conclusionem duobus similibus. & in l. si insulam. n. 15. & 23. in
fine, Item in l. si ex legati causa. n. 19. de V. O. Dissentit Corras.
lib. 2. Miscell. cap. 6. n. 10. sed eius fundamentum falsum est.

72. Nec non ut admittatur, quatuor haec conju-
ctim requiri. Primo ut fiat a Christiano, non a Iudeo.

Ias. in l. et si post tres. n. 4. si quis caut. & latius in d. l. si insulam.
n. 5. de V. O. Felin. in c. multorum. n. 5. de Iud. & Sarac. ubi dicit
ita esse consultum, licet ipse dubitet praesertim propter l. judei, ibi,
Romano & communi jure utentes. C. de jud. Verum respondet Ias.
istam legem procedere duntaxat in materia Iudeis & Christianis &
que proportionabili: materiam autem purgationis non esse ita pro-
portionabilem

portionabilem, cum purgatio more admittatur de aequitate. l. si servum. 91. h. sequitur. de V. O. et aequitas in fons Christianis, in Iudeis autem rigor servetur. c. 2. ibi, juris severitate. juncto gl. et ibi not. ex. de Iud. Ad alterum objectum Felini de exceptione praescriptionis videatur similiter responsio apud Iasonem citato loco.

73. Secundò, ut agatur de jure seu obligatione jam quæsita conservanda, non de jure seu obligatione nondum nata de novo acquirenda as neq; enim is, qui (verbi gratiâ) alteri ad dationem vel factum sub certa conditione, putâ, si intra diem certum decem numerârit, obligatus est, intraq; dictam diem conditionem non adimplevit, purgare post moram potest, cum non de obligationis jam natæ salvatione (neq; enim obligatio ante implementum conditionis nasci nulla potuit) sed novæ acquisitione certare manifestò depræhendatur. b.

a. Tiber. Decian. consil. 84. prima fronte. n. 19. vol. 2. perl. si ita quis. 135. h. Seia. de verb. oblig. Bartol. in l. si insulam. n. 34. vers. nonò quero. et in d. h. Seia. de V. O. et alios, quibus adde Ias. in d. l. si insulam. n. 20. et 39. et d. h. Seia. n. 26. ubi testatur de communi, et respondet ad quadam contraria, quæ movet Angelus.

b. l. si super. 9. C. de transact. quam ita explicat ex Bart. Alex. Ias. et Des. Tiber. Decian. d. consil. 84. n. 19. ubi dicit hanc esse communem conclusionem, prout et attestatur Ias. citato h. Seia. n. 26. ubi allegat text. in l. Thals. 41. h. intra certa. de fideic. libertat. Idem Ias. in d. l. si insulam. n. 39. versic. secunda conclusio. ubi limitat uno modo. Ratio diversitatis est, quia facilius conservatur in esse deducendum, quam ut de novo quid inducatur. l. patre furioso. de his qui sunt sui vel al. jur. l. 1. h. casum. versic. Appius. de postul.

74. Planè si placitum aliquod conditionale quidem sit, sed tamen à pura obligatione incipiat, & conditio faltem sequatur, purgationi moræ locus meritò relinquitur, cum quo minus obligatio statim orta fuerit, nihil obstet.

Ruin. consil. 74. n. 4. Et ante eum Alex. in l. insulam. n. 24. de
V. O. Et Dec. in d. l. si super. n. 9. C. de transact.

75. Tertium requisitum est, ut integra quoque omnia
sint, h. e. creditoris ius deterius non factum sit, nec
(quod ad judicis cognitionem remittitur) quapiam
ratione ejus intersit, non aliâs.

l. si ita quis. 135. H. Seia. in fine, ibi, nec mulieris quicquam propter
eam moram interesset, quod omne ad judicis cognitionem remittendum
est. de V. O. l. si in lege. 27. H. colonus. ibi. omniaque colono integra
sunt. loc. Et cond. l. 2. ibi, si nihil interesse actoris adversarium eo
tempore in ius venisse. de in ius voc. l. et si post tres. 8. ibi, nec actoris
ius ex mora deterius factum sit. si quis caut. l. si cum dies. 26. H.
fin. Et l. seq. ibi, utique nisi eius interfuerit. de arbitr. Et facit duplex
ratio secundum Iasone in d. l. si insulam. n. 10. de V. O. Prima est,
quia cum purgatio morae super aequitate fundata sit. l. si servum. 91.
H. sequitur. de V. O. non videtur aequum, si creditor passus est
damnum ex mora rei, quod reus admittatur ad moram purgandam.
Secunda ratio est, quia purgatio morae est quoddam beneficium con-
cessum moroso a jure. Sed beneficium nunquam debet concessum in-
telligi in prejudicium alterius. l. nec avus. C. de emancip. liber. c.
quamvis. de offic. deleg. cum similibus.

76. Si enim (exempli causa) obligatus quis sit ad
aedificationem domus in fundo aliquo, isque in mora fu-
erit, postea autem creditor domum vel voluntarie
vel etiam ex necessitate alienârit a, moram purgare
amplius non potest, cum in hoc ius creditoris sit fa-
ctum deterius, quod amplius ejus non intersit fieri
quid in fundo a se jam alienato b:

- a. Etiam si enim creditor fundum voluntarie alienavit, hoc tamen debi-
tor morosus pro se allegare non potest, ne ex mora sua commodum
aliquid consequatur, contra l. hominem. 37. mand.
- b. Bartol. in l. si insulam. n. 2. Et ibidem etiam Ias. n. 12. qui dicit cum
bac decisione Bartoli tenere alios. de V. O.

77. Sanè nisi in obligatione faciendi interesse præten-
sum

sum excedat meram facti æstimationem, mera ipsa facti æstimatio purgationē moræ per se non remoratur.

Ita limitat omnia jura, quæ conclus. 75. allegata sunt. Bartol. n. 1.
Et Ias. n. 10. versic. secundò contra. in d. l. si insulam. de V. O.

78. Prout indistinctè nec illud, si quod forte interesse prætendatur ratione amissionis lucri, præsertim in honesti, & cum injuria alterius cessantis, idq; non solum ob id, quod contra æquum & bonum, ex quo purgatio moræ admittitur, sit, cum aliena quem justitia ditari a, sed etiam, quod interesse ejus solummodo videatur, qui dampnum passurus est, non ejus qui lucrum facturus esset b.

a. l. nam hoc naturā 14. de condit. ind. Et text. in terminis in c. suam ad nos. 9. de pœnis. c. locupletari. 48. de reg. jur. in 6. Et l. jure naturæ. 206. ff. cod.

b. Ut dicitur in l. si is cui commodata. 73. §. 1. de furt. quem text. ad propositum allegat Tiber. Decian. d. consil. 84. n. 23. vol. 2. ubi dicit, cum conclusione hac tenere Flor. in l. si quis servum. de act. emti. Io. de Plat. in l. 1. C. de colon. Ill. lib. 11. Rebuff. n. 16. Bolog. n. 116. Et Alciat. cap. 12. in l. unica. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. profer. Et Signorol. consil. 31. n. 12. in fine.

79. Deniq; ut moræ purgatio admittatur, requiritur quartò etiam; ut fiat ea intra modicum tempus a, arbitrio boni viri qualitate omnium circumstantiarum inspecta moderandum b, & quidem, si quod in obligatione versatur momentaneum sit, ut numeratio pecuniae, totum ante illud adimplendo, sin vero non sit momentaneum, ut est fabricatio domus, aut alterius operis, saltem inchoando c.

a. l. si ita quis. 135. §. Seia. ibi, interposito modico tempore. Et ad finem, ibi, si non multò post. de V. O. l. si in lege. 27. §. colonus. ibi, quod si paucis diebus prohibuit. loc. Et cond. c. 3. ibi, si sibi celeri satisfactione non providet. Et c. 4. ibi, nisi celeri satisfactione sibi

sibi consulere postmodum studuisse. ex. eod. Et per hos textus restringenda sunt omnia jura, quae indistincte volunt, moram usq; ad litis contestationem purgari posse, ut scilicet intelligantur, si litis contestatio fiat post breve tempus. Vide Ias. in l. si insulam. n. 13. de V. O. Et exempla apud eundem in d. H. Scia. n. 9. 10.

- b. d. H. Scia. in fine. pulchrè Ias. in l. in emphyteuticarijs. n. 84. C. de jure emphyt. Et in H. bona fidei. n. 82. Instit. de act. Dec. consil. 238. n. 7. Paris. consil. 108. n. 44. vol. 1. Menoch. de arbitr. jud. lib. 2. casu. 7. NOTA quod arbitrium judicis hoc cosu adeò ex bona fide & aequitate boni viri regulari debet, ut si nimis rigorosum sit, appellari ab eo possit, ut tradit Tiber. Decian. consil. 84. n. 22. vol. 2. ex Fel. in c. exceptionem. n. 4. versic. quod intellige. de except. Rip. in l. si insulam. n. 36. de V. O. Et gl. in c. super his. in verbo, arbitrio. de accusat. NOTA quoq; quod ex aequitate Canonica purgari mora quandocunq; potest, si credentium est Doctoribus, quos allegat Decian. d. consil. 84. n. 26. vol. 2. quibus tam obstatine inevitabiliter videtur. d. c. 3. Et c. 4. ext. de loc. in verbo, celeri satisfactione.
- c. Ias. in d. l. si insulam. n. 6. per illum textum, ponderando distinctionem, te facientem, item, si aedifices, quarum utraq; denotat rem, prout est in fieri. Et ita quoq; tenent Castr. Cum. Alex. Et alij ibidem attestante eodem Ias. d. n. 6.

80. Mora namq; parva, veluti, unius aut aliquot di-
erum, non aestimatur a, cum in mora modici tempo-
ris magnum detrimentum esse non soleat b.

- a. l. si in lege. 27. H. colonus. Et ibi gl. verbi, mora minuet. loc. Et cond. l. sed et si. 17. de constit. pec. l. si cum dies. 26. in fine. de re-
cept. arbitr.
- b. l. si debitori. 21. de judic.

81. Planè licet debitor intra tempus sit, quo purgari mora posset, pro purgata tamen ea quoad ipsius com-
modum & favorem non habetur; ideoq; si species
debita casu fortuito interim pereat, minimè liberatur.
Et hactenus de mora debitoris.

Ias. in

Ias. in l. si insulam. n. 37. Et in l. si ita quis promiserit. H. Seia. n. 19
de V. O. per l. sancimus. H. pen. C. de fide iuss. quae est ad hoc unita
Et singularis in jure secundum Bald. in c. capitulum S. Crucis. col.
pen. de rescript. Et Paul. de Castr. in l. quod te. sic cert. pet. Facit au-
perta ratio, quod alias debitori mora sua non nocitura foret, contra
c. mora. de regul. jur. in 6.

82. MORA CREDITORIS est, quæ sit à creditore De mora crea-
debitum oblatum recipere recusando. ditork.

l. si servum. 91. H. sequitur. de V. O. l. illud. 17. de peric. ex comm.
rei vend. l. si mora. 10. sol. matrim. l. si soluturus. 39. Et l. creditor.
102. in pr. de solut. l. Celsus. H. fin. de arbitr.

83. Si enim debitor id, quod solvere tenetur, solvere
paratus sit, & ad hoc se creditori vel ipse, vel etiā tertius
pro ipso offerat, creditor autem solutionem accipie-
re recuset, hoc ipso in mora hic, etiam cū oblatio semel
tantum facta est b, constituitur c, modò tamen sequen-
tia quoq; conjunctim interveniant.

- a. Bartol. in l. qui decem. 72. H. i. n. 2. per illum text. de solut. ex in l.
cum Et postliminij. 6. etiam per illum text. C. de capt. Et postlim.
revers.
- b. Ias. in l. qui Romæ 122. H. Seia. n. 26. de verb. oblig. ubi dicit, textus
qui obstat videantur, de facti contingentia loqui, à qua arguere non
liceat, nisi se legislator in ea fundet. Idem tenet Bartol. in l. de pupilo.
l. 5. H. si quis ipsi prætori. n. 6. de no. oper. nunciat. Neguz. in
tract. de pignorib. par. 2. memb. 3. part. 5. princip. n. 30. Et facia-
unt hoc, quæ supra dicta sunt de unica interpellatione. Notandum
tamen, quod neoterici requirant, quod debitor in oblatione non cesset,
per d. l. qui Romæ. 122. H. Seia. ubi non, ut antiqui Codices, legunt
(et si non cessasset) sed (si non cessasset) secundum Pandectas Floren-
tinas. Anton. August. lib. 1. emendat. cap. 3. Coras. lib. 2. Miscell.
cap. 7. n. 8.
- c. Dictis legibus, Et Novella 91. H. illud quoq; collat. 7. constit. 5. ubi
dicitur, qui dare voluit, dum perceptionem recusat is, qui suscipere
postulatur, proximus est danti.

84. Ac primō quidem, sit fiat congruo loco & tem-
pore a; nisi forte debitor incongruo loco aut tempo-
re offerens, non solum debitum principale, sed etiam
omne interesse congruum & verisimile, quod ratione
loci aut temporis incongrui prætendere creditor po-
test, simul offerat b.

- a. l. si solutus. 39. de solut. l. obſignatione. 9. C. eod. l. qui Romæ. 122
de V.O. Exemplum loci incongrui est, si oblatio fiat creditori pere-
grinanti, vel in loco non convento aut solutioni destinato. gl. in d. l.
qui Romæ. in verbo, obtulerit. Et nos. Salicet. in l. acceptam. oppos.
3. C. de usur. Temporis incongrui exemplum est, si oblatio fiat ante
tempus adjectum solutioni favore creditoris. l. item illa. in pr. Et ibi
gl. de constit. pecun. l. si ita relictum. H. Pegasus. de legat. 2. Item,
si fiat eo tempore quo creditor sequitur funus familiare. arg. l. 2. de i-
jus voc.
- b. Bartol. in d. l. qui Romæ. 122. in pr. n. 2. arg. l. fidejussor. 15. de do.
except. Et est communis opinio Doctorum, ut testatur Iaf. d. l. qui
Romæ. 122. in pr. n. 14. 15. 16. 17. ubi latissimè vide. Neguz. in tract.
de pignorib. d. par. 2. tertij membris quintæ part. princip. n. 9.
versic. intellige tamen prædicta.

85. Deinde ut oblatio sit pura, nec conditionem ali-
quam extrinsecam, per quam à creditore tale quid,
ad quod jure non tenetur, fieri exigatur, & sic quæ
non sit de natura actus (intrinsecā enim & quæ per se
tacitè inest a, nihil impedit b) contineat c.

- a. exempli causa, si emtor precium offerat venditori sub conditione, si
res vendita ipſi tradatur.
- b. Ratio est, quod conditio quæ tacitè inest actu, si exprimatur, actu
conditionalem non facit. l. qui liberis. Et ibi Iaf. n. 2. de liber. ex posth.
- c. Ita tradit Neguz. citato loco n. 10. 11. 12. per Bald. in l. acceptam
quæst. 4. C. de usur. Alex. consil. 26. viso & diligenter. col. ult. in
versic. quinto quia. vol. 6. Et rationem, quod actus purus dicatur
diversus ab actu conditionali. l. 1. H. si quis simpliciter. de verb.
obligat. Et quod qualitas diversa censi faciat rem omnino diversam.
d. H. si quis simpliciter.

86. Præte-

86. Præterea, ut fiat de toto & integro debito a, casibus tamen illis, in quibus particularis solutio admittitur, exceptis b.

- a. d. l. qui Romæ. 122. ibi, integrum summam. l. si ita quis 135. h. Seia. ibi, universam pecuniam. de V. O. l. tutor. 41. h. i. de usur. l. etiam. 27. l. qui sibi. 33. h. i. de solut.
- b. De quibus vide Ias. & Dd. in l. quidam existimaverunt. si cert. pet. & Neguz. citato loco n. 19. usq; ad n. 26.

87. Item ut fiat non solum de toto debito principali, sed etiam de interesse a: & quidem specialiter, non generaliter, offerendo nimirum se ad omnia, ad quæ de jure quis teneatur; nisi generalitas hæc vel ad certum quid restringatur, vel non nisi in una specie verificari possit b.

- a. Bartol. in l. sed et si alia. 17. n. 2. de constit. pee. latius Bald. in l. acceptam. oppos. 6. & quest. 17. C. de usur. & in l. i. C. de act. emti. quest. 7. & duabus seqq. ut notat additio ad Bartol. in d. l. sed et si. Neguz. loco quo prim. n. 18. versic. tu ultra eos amplia.
- b. Neguz. sepe allegato loco n. 16. per ibi latè adducta.

88. Adhæc quoq; ut fiat præsenti, non absenti.

- l. qui decem. 72. h. idem responsum, ibi, non enim obtulisse eum propter absentiam videri potest. de solut. & liberat.

89. Et tandem ut realis etiam sit, h. e. ut debitor offerens non simpliciter habeat pecuniam in marsupio, sed ut pecuniam coram testibus quoq; extrahat de marsupio & numeret, vel etiam, ut prius coram testibus de marsupio extractam & numeratam, posteaq; in marsupium iterum repositam offerat, quò scilicet constare possit, quid & quantum oblatum sit, & an justam creditor recusandic causam necne habuerit, cum facile pars duntaxat debiti in marsupio esse potuerit.

Bartol. in l. eum servus. 81. n. 3. Et ibi etiam Alex. de condit. Et demonstrat. Ferrariens. in forma lib. quo agit. ad paen. comp. in gl. verbi, legitimè. n. 2. Alex. consil. 105. n. 41. vol 3. Et consil. 130. n. 11. Et ibi Carol. Molin. in verbo, offerre. Capic. in decis. Neapol. decis. 19. n. 2, Rol. à Valle consil. 53. n. 34. cum seq. vol. 1. Ripa in l. si insulam. n. 68. de V. O. eleganter in utramq; partem Tiraq. in tract. de utroq; retr. §. 4. gl. 6. n. 19. cum seq. Cassan. cons. 41. refert Et sequitur Laurent. Kirch. in thes. comm. opin. tomo 2. in litera O. mibi fol. 15. col. 3. junge addit. finalē Alex. ad Bartol. in l. acceptam. 19. C. de usur.

90. Utique si res debita ejusmodi sit, ut ad creditorem perferri non possit, putà, res immobilis, equus, aut animal quod animal, verbalis oblatio, h. e. ut debitor verbis saltem offerat se paratum esse solvere vel præstare, sufficit & modò tamen solutionem verè quoque paratam habuerit non aliâ s. b.

- a. Bartol. in l. si mora. n. 5. 6 sol. matr. gl. 1. in l. acceptam. 19. Et ibi etiam Bartol. n. 3. Et Bald. in oppos. 2. C. de usur. A Emil. Ferret. in tract. de mora. n. 28. ubi dicit. leges quæ pro hac distinctione afferantur, nempe l. fundus. de rescind. vendit. Et l. prætor. §. si paratus. de no. oper. nunciat. eā non probare, & quissimam tamen ipsam distinctionem esse, Et à communī consensu receptam, à qua cur discedatur nulla causa sit. Nota tamen, quod quidam in equo requirant depositionem, quos refert additio ad Bartolum in d. l. acceptam. sub litera c. Item quod Ferret. citato loco velle videatur, quod oblatio realis etiam specierum Et animalium secundum suum genus fieri debet.
- b. Ita limitat Bald. in d. l. acceptam oppos. 1. C. de usur. referente Neoguz. in tract. de pignorib. d. par. 2. memb. 3. part. 5. princip. n. 3.

91. Sufficit quoque indistinctè verbalis oblatio, perindequaque id quod realis operatur, si creditor, cui verbis offersetur, solutionem acceptare se nolle, justam causam non habens (si enim justam recusationis causam habeat securus est &) expressè dixerit, cum etiam si hoc casu realē

realem debitor facere vellet oblationem, frustratoria
ea futura sit b.

- a. Anton. Gabriel. Rom. lib. 3. comm. conclus. tit. de solut. & liberat.
conclus. 8. n. 3. per Claud. in l. si mora. col. 3. sol. matrim. & Grat.
consil. 93. col. fin. vol. 1. quibus adde Ias. in l. si ita quis promiserit.
H. Seia. n. 19. versic. postremo. in fine. de V. O. per rationem, quod
is qui habeat justam recusandi causam, non possit dici in mora, cum
mora sit culposa dilatio, Item, dolus dicatur, quilibet autem causa a
dolo excusat. Textus est in terminis in l. sed et si. 17. ibi, nec ulla justa
causa fuit non accipendi. de constit. pec.
- b. Boer, decis. 124. Capic. decis. 19. Tiraq. de retr. convent. H. 4. gl. 1.
n. 21. Ruin. consil. 113. vol. 1. ubi magis communem dicit. Socin. cons.
199. lib. 2. Raph. Fulg. Paul. de Castro & Alex. in l. qui Romae. in
pr. de V.O. & alij quos refert Anton. Gabriel. d. conclus 8. de solut.
& liberat. n. 1. Atq; ita tenendum quoq; putat Anton. Neguz. d.
part. 2. mem. 3. part. 5. princip. n. 7. licet contra disputet Ias. in d.l. qui
Romae. in pr. n. 9. 10. 11. Sed questionis est, quid de eo dicendum, qui
ad oblatam solutionem tacet, an censeatur nolle recipere? Relati a
Gabriel. d. conclus. 8. n. 2. tenent quod non: contrarium tenet Bart.
in l. praetor ait. 20. H. si quis paratus. in fine. & H. hoc interdictum.
n. 2. de no. oper. nunciat.

92. Idem dicendum, si debitum quoad sui quantita-
tem a non est in totum liquidum, sed pro parte obscu-
rius, ut quia in rationis intricioris redditione consi-
stit: oblatione enim reali partis liquidae facta, quoad
partem illiquidam alia quam oblatio verbalis & hic
non est necessaria, veluti, quod debitor coram iudice
interpellet creditorem, ut deputetur quis ad calcu-
landum rationes & in solidum reducendum b.

- a. Si enim incertum sit, an debeatur de jure, offerens nullo modo libera-
tur, cum dubitans de jure peritores possit consulere, ut firmat Corn.
in consil. 84. in litera F. vol. 4.
- b. l. si residuum. s. C. de distract. pig. quam ita intelligit Bartol. in l.
creditor. n. 4. ff. eod. Etsi autem pro residuo obscuro velit fidejusso-
rem offerri. l. s. in pr. & l. servus 34. in fine. de sta. lib. locum ta-

men hoc saltem habet, quando debitör est inops aut suspectus, non ad
liás, ut ex Alex. declarat citato loco Neguz. n. 4.

93. Porrò oblationis à debitore secundum dicta fa-
ctæ, & à creditore recusatæ (post factam enim obla-
tionem si creditor in continenti se ad recipiendum pa-
ratum esse declaret, debitör̄ realiter statim non sol-
vat, oblatio omnis evanescit, nihilq; operatur a) effe-
ctus primus est, quod per eam debtor moram præce-
dentem purgat & extinguit b: cum moram fecisse vi-
deri non possit, creditore posteriorē moram faciente c.

a. Bartol. in l. creditor. 13. n. 5. versic. sed ad hoc est remedium. de
distract. pignor. Neguz. sepe relato loco n. 8.

b. l. interdum. 73. §. Stichi. & l. si servum. 91. §. sequitur. de V. O. l.
illud. 17. de peric. & cōm. rei vēd. Bartol. in l. acceptā. 19. n. 3. C. de usur

c. l. si per emtorem. 53. de act. emt. & vend. l. illud sciendum 17. de peric.
& comm. rei vend.

94. Ideoq; hoc casu, quando per creditorem, quō mi-
nus solutio fiat, stat, debitori ultima & postrema sal-
tem mora a, & quidem ea dunitaxat, quam committit
post interpellationem judicialem, ac litem super ea
contestatam (ad tempus enim usq; judicij creditori
moroſo frustratio sua nocet) damnoſa est b, dummo-
dò tamen etiam à recusatione dolus absuerit.

a. d. l. si per emtorem. d. l. illud sciendum. l. quod si. 16. de ju. dot. l.
prætor ait. 20. §. aliquando. quem ad hoc magnos Doctores alle-
gare ait ibidem Ias. de no. op. nunc. d. l. si servum. 91. §. sequitur.
& ibi Ias. notat. n. 6. de V. O.

b. Ita intelligendi sunt allegati jam textus ex l. sed et si alia. 17, ibi, ut
factum actoris ad tempus usq; judicij ipsi noceat. de constit. pec. per
quā expreſſe hoc ibidem tradit Salicet. & in l. si pacto quo. C. de pact.
Ias. in l. vinum. n. 16. versic. tertio principaliter limita. si cert. pet.
& latius idem Ias. in l. si ex legati causa. n. 17. de V. O.

95. Si enim creditor oblationem rite sibi factam do-
losè recusarit, putà, quia sciebat debitorem tum pecu-
niā paratam habere, posteaq; cum sciret debitorem
eandem

éandem expendisse, ampliusq; in numerato non ha-
bere, ab eodem petierit, ex dolo hoc damnum aliquod
non debet sentire debitor.

d. l. si per emptorem. 53. in fine. juncta gl. singulari ibidem in ver-
bo, dolo fecit. de act. emti.

96. Singulare est, quod Respublica, si quid alicui de-
beat, isq; recipere recusârit, in mora aliqua, quæ tanq;
postrema ipsi noceat, constitui ulterius non potest,
sed quod hoc casu in totum liberatur, nihilq; omnino
dare creditori ejusmodi amplius tenetur.

l. fortissimi. 6. ex ibi Bartol. ex l. seq. C. de erog. milit. ann. lib. 12.
quæ secundum magis communem opinionem ita intelliguntur, quod
nempe procedant specialiter circa Rempubl. ut testatur Ias. (licet ip-
se contra disputet) in l. prætor ait. H. aliquando. n. 2. ex 3. de no-
oper. nunciat. ex in l. si servum Stichum. H. sequitur. n. 7. versic. se-
cundò limita. de V. O. ubi refert Alexandrum dicentem, quod qui
nesciret dictas leges, de facili responderet contrarium.

97. Quia autē ultima saltem, ut modo ostensum, mo-
ra nocet, consequens est, ut creditore in mora constitu-
to periculum interitus tam quantitatis quam speciei
debitæ ad ipsum, non debitorem pertineat, cū æquum
non sit teneri eum pecunia amissa, aut specie perempta,
qui non teneretur, si creditor accipere voluisset, eaq;
propter pro soluto id, in quo accipiendo creditor mo-
ram fecit, esse oporteat.

text in l. qui decem. 72. de solut. l. semel. 27. soluto matrim.

98. Alter moræ creditoris effectus est, quod post e-
am attenditur æstimatio quanti minimi: verbigratiæ:
Si ego tibi decem modios debeam, quos die debita e-
missem pro decem ducatis, eos autem legitimè obla-
tos recipere nolueris, postea verò valor frumenti ita
accreverit, ut non nisi pro quindecim ducatis modios
illos possim emere, quinq; ducatos precijs post mo-
rā ad aucti rectè in debiti solutione detraho: sicut e-



nim debitori, ita & creditoris frustratio sua prodesse aliquo modo non debet b.

- a. Bald. in l. hominem. 37. mand. Cremens. singul. 96. Ias. in l. vinum n. 8. si cert. petat.
- b. d. l. hominem. 37. mand.

99. Deniqe operatur & hoc oblatio debiti legitima a creditore non acceptata, quod, ubi aliâs debitor ante eam de casu fortuito tenebatur, putâ, si sit debitor generis, a casus illius fortuiti præstatione liberetur, nec non culpæ levissimæ, & solùm teneatur de dolo, & culpa lata ac levi: ubi autem tenebatur de dolo, lata & levi culpa, liberetur a levi, & teneatur solùm de dolo & culpa lata b.

- a. Bartol. in l. acceptam. 19. n. 3. C. de usur. ex in l. si mora. 10 n. 11. 12. sol. matrim. quam opinionem in puncto juris sustineri posse probat Alex. in addit. ad Bartol. in l. qui decem. 72. de solut. ubi sibi contrarius dicit, hoc casu debitorem teneri de omni culpa.
- b. Bartol. in d. l. acceptam. 19. n. 3. C. de usur. ex d. l. qui decem. n. 1. de solut. ubi jubet hoc perpetuo mente tenere.

100. Obtinent autem effectus hi non tantum eo in casu, cum in mora accipiendi est solus creditor, sed & cum simul in mora primùm est ipse debitor, utputâ, si debitor se dare, & creditor recipere se nolle asserat: Etenim si tam per debitorem quam creditorem stet, quo minus quid detur aut fiat, perinde est, quasi per solum creditorem stetisset, cum nihilominus & hic locus sit rationi illi, quod nimirum videri non possit per debitorem creditori mora facta esse, ipso creditore posteriore moram faciente. Atqe hæc de mora notasse nunc sufficiat.

text. in l. si ex per emtorem. 53. de act. emt. ex vend. ex in l. illud. 17. de peric. ex comm. rei vend.

F I N I S.

desse

vinum

ma á
ante
r ge-
r, nec
o, &
ata &
dolo

n. 11.
probat
ontra

m. n. 1.

in ca-
ed &
itá, si
erat:
stet,
er so-
ic lo-
it per
e po-
otasse

l. illud.

20

ULB Halle

004 974 549

3



+



Farbkarte #13

B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26	50.80

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

37
14 DE MORA
CENTVRIA CONCLV-
SIONVM CVM THEORI-
CARVM TVM PRACTICA-
RVM, COLLECTA AC
METHODICE DIGESTA

Per

JOHANNEM FRIDERICVM
LIGNICENSEM
I. V. D.

J.A.B.

He
446



LYGNICII TYPIS SARTORIANIS.

Anno CIC ID. XCIII.

KÖNIGRIED
UNIVERS.
ZV HALLE

